



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

adegisse Lombardos, ut quotannis persoluerent Imperatori tributi nomine libras auri ducentas. Id autem fertur collegisse & wilhelmus archiepiscopus Moguntinus Imperatoris huius germanus frater, annis tribus coniuncti. Inde conflatam crucem auream, qua condecorauerit vsg, hodie ecclesia Padeburnensem. Primum, quod credat auri talenta pontifici permissa? deinde, in crucem conflata? Demum, quod est omnium alienissimum, longinquam ecclesiam, et sua minorem, esse ea donata, lata quis feret?

## CAPUT XX.

**I**ntra Imperatores Constantinopolitani, nullo agnitionis ad Ottонem habito respectu, cum intelligenter Ottонem grauiissimo in Francia bello implicari, unde non facile explicaret, constituerunt prouincias, quasi Italia Nicephorianis temporibus amiserunt, recuperare. Otto vero, posteaquam Lotharingiam receptione iniuriasq, apud Aquisgranum acceptas vltus esset, pacemq, cum Lothario rege firmauisset, veniens in Italiam, & vxorem secum dicens Theophaniam, Taurifenses attigit, quando de leuiorum suorum impetu certior est factus. Tradunt nonnulli scriptores Ottонem priusquam in Gracos duceret, copijs Hadriatico traductis clauoniam ac Dalmatiam inuasisse, magnaque in illis regionibus Græcorum praesidio destitutis, rerum predicatorum mortalium cæde commissa, Romam se contulisse: Et cum peruenisset, repentino tumultuarioq, delecto per omnes Italiae regiones, ingentes copias coactas, ad diec conuenire iussit: & cum Germanorum, Galloru, Lombardorum, & aliorum Italiae populorum, immenso exercitu Roma profectus, prima ad Beneuentum cepit stiria: Quod cum Romanorum copiae peruenissent, dat

quoq; à Beneuentanis, Capuanis, Neapolitanis, & Salernitanis turmas, in ordinem præmitti curauit regio-  
num gnaros: factō poste à agmine profectus, non prius  
quadrato exercitu cœpit incedere, quām Apuliam est  
ingressus. Apud Basentellum exercitus hostiles sunt ob-  
uiam facti. Ibi instituta pugna, Græci Imperatores, Sa-  
racenos multos habuere conductos: & cūm pugna con-  
seretur, primi Romani, & deinde Beneuentani, signa  
deseruere, nulla vi hostiles vultus ferre potentes. O vi-  
vidam illam quondam priscorum Romanorum virtu-  
tem: O nomen speciosum in umbra. Horum fuga con-  
specta, caterorum fregit animos. Saraceni Græciq; gra-  
uiores indē incubuerunt, donec fusæ dissipataq; sunt  
omnes Imperatoris Ottonis copia. Quo in prælio occisis  
penè ad internacionem legionibus, & Romanus Impera-  
tor, & omnis Italia neruos omnes ita amisit, vt facile  
Græci & barbaris fuerit, si victoria vti sciuisserint, Ro-  
ma omniq; Italia potiri. Hæc est illa colluicio mollissima-  
rum gentium. Quod si longè paucioribus ex Germania  
copijs fretus fuisset Imperator, non hoc Imperij detri-  
menum cum dedecore incurrisset: indubitatam victo-  
riam, vt semper aliâs Maiores sui, ipseq; reportasset.  
Emolluit iam Italos clementia cali, postquam ille ab al-  
to prominens fauor numinum substractus abscessit. Otto  
Imperator fugiens, cūm repente ad littus scaphæ se com-  
misisset, à piratis quis esset ignorantibus interceptus est,  
inq; Siciliam perductus: sed ibi agnitus, sese Siculis, in-  
geni missa pecunia, liberari, Romamq; perduci opta-  
uit, obtinuitq;: & de piratis sumptum est à Siculis sup-  
pliū. Cūm Romam peruenisset Otto, perquirendis  
contrahendisq; fracti exercitus sui reliquijs diligenter  
operam impendit: Et quia copiarum præsidio destitutus,

Q 3 in



in desertores signorum Romanos animaduertere non  
audebat, iram in Beneuentanos exercuit: etenim in me-  
bris, qui turpi fugi pro lapsi in urbem redierant, ceteri  
addens Romanos qui arma ferre potuerunt, tanquam  
hosti aliquo in loco se oppositus, simul cum reducibus  
ex conflictu eduxit: & Beneuentanos adortus impa-  
tos & nihil tale timentes, urbem cepit, spolians, incen-  
dit: perq[ue] eam occasionem absportatas diuini Bartholo-  
mæ reliquias, Romam in insula Iouis primò dicta, &  
postea Lycaonia locatas ferunt. Ottone, Benevento de-  
lata, in urbem Romanam reuersum, nihil prætereà rerum  
nonnulli tradunt peregrisse: Inq[ui] decimum usq[ue] annu[m]  
post patrem tenuit Imperium: & morbo ex labore con-  
tracto, accidente graui ignominia, quam etiam Impe-  
ratrrix fertur auxisse, cum victo illudetur, diem suu[m]  
obiit Romæ, honorato conditus sepulcro apud sanctu[m]  
Petrum: Anno post natum Christu[m] nongentesimo octo-  
gesimoquarto.

## CAPVT XXI.

**S**VNT authores, qui hunc Ottone[m] cùm in Italia  
set, Saraceniq[ue] in mari digrassarentur, populante  
omnem Christianam ditionem, armasse nō contemne-  
dam classem, & obuium hostibus profectum, manus cu-  
seruisse cum illis: tantumq[ue] sanguinis esse fusum, ut  
coloratū inde magna parte mare cerneretur: sed ipso  
cum toxicu[m] venenatoq[ue] telo percussum, semper vulnus  
ad mortem usq[ue] habuisse: nec enim multo post tempore  
in fata concessisse. Fine autem Ottonis II. ex more  
lebrato, Germani proceres, qui tum Roma frequenter  
aderant, de successoris electione agere cœperunt: Var-  
antibusq[ue] inter eos sententijs, alij Henricum Bau-  
ducem, itidem de sanguine Saxonum, fratre Otto[ni]  
Henrico natum, cuius etiam filius insequitus est Oto-